

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XVIII. TIT. IV. De Hæreditate Et Actione Vendita.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

DE

HÆREDITATE ET ACTIONE VENDITA.

Qv. I. Quomodo differt entio hæreditatis a caeteris emtionibus?

RESP. In eo solo, quod hic universitas veniat, sed titulo singulari: Hæreditas igitur non ut universitas petitur, sed singula ejus jura actione enti venditi petuntur.

Qv. II. An valeat entio hæreditatis incerti cujusdam hominis?

AFFIRM. v. g. hoc modo, quæcunque hæreditas mihi obventura est. Laut. pag. (1) Quia cessat votum captandæ mortis, cum mors incerti captari nequeat. (2) Quia de ea disponit quatenus delata est, adeoque de re futura, cui tacite inest conditio, si acquisita fuerit, vid. tit. pact. q. 34. incerti etc.

Exc. Si nomen illius tertii in fraudem legis supprimatur, tunc enim revera est de hæreditate certi, Struv. Ex. 38. th. 50.

Atque ita judicatum refert Carpz. p. 2. c. 35. def. 17.

Qv. III. An vendi possit hæreditas tertii, de quo constat?

NEGATUR. Quia omnes rationes, quæ pactum de hæreditate venditis prohibent, & d. q. 34. late recensitæ sunt, hic quoque ob- Laut. ibid. verb. certi etc. tinent. Quin & improbior videtur hæc mortis captatio de alienis rebus viventis & ignorantis pacisci. l. 29. §. f. donat. Atque ita judicatum refert Carpz. d. d. 17.

EXCEPTIONES vide d. q. 24. p. 230. quo etiam pertinet si consentiat. Vid. Laut. h.

Qv. IV. An hæreditas præsens vendi possit?

NEG. Vide late tit. pact. q. 34. pr. ubi novem exceptiones hujus re- Laut. pag. 324. verb. gule exposui. Ibid. p. 230. sq. Qv. præsens.

Q9999 2



Qv. V. *Quid vendita hereditate ad emptorem
pertineat?*

Laut. pag. 324. verb. tunc si nihil juris &c. **R**ESP. Hic idem est quod in emtione rei futurae. *L. 3. §. 2. Pro soc. l. 8. Contr. Emt. vel in emtione alex. l. 11. l. 12. h. de quibus tit. Contr. Emt. q. 6. 7.*

Qv. VI. *Quam culpam praestet venditor hereditatis?*

Laut. ibid. verb. Aut dolo vel lata culpa. **R**ESP. In quaerendis dolum, & latam culpam; quia non potest cu-
rodiam praestare in re, quam non habuit in custodia; nec tene-
tur, nisi ad id quod quaesivit, quaesivisse autem videtur, quae dolo vel
lata culpa fecit ne acquireret. *L. 2. §. 5. h. Sed in quaesitis levem, ut
alias. L. 3. h.*

Qv. VII. *An venditor tradere debeat omnia, quae tempore ven-
ditae hereditatis exinde habuit, si ea rursus amiserit
levi culpa?*

Laut. pag. 324. verb. Licet ea rursus &c. **N**EGATUR. *L. 2. §. 5. h. OBJ. L. 3. h.*
RESP. Non loquitur ibi de acquisitis, & postea amissis, sed de quaerendis, & quae omisit cum habere potuisset: in illis non praestat nisi dolum, & quae sub ea continetur, latam culpam. *vid. q. praeced.*

Qv. VIII. *Si vendita hereditate portio cohæredis deficit, an ea
accrescat venditori, an emptori?*

Laut. pag. 324. verb. Nec portionem &c. **R**ESP. Venditori tanquam hæredi, quia jus accrescendi tantum est
inter cohæredes; *L. 32. L. 53. §. 1. d. Acquir. Hæred. L. un. §. 10. C. Cad. tollend. & hætenus bene Autor. At ille actione emti hanc
portionem præstabit emptori, quia cohæredes, & conjuncti ab initio solidum habent, & non nisi concursu partes faciunt, l. 1. §. 3. l. 3. Usufr. accresc. cessante concursu semper venditor solidum habuisse, & proinde id quoque vendidisse videtur: Quaecumque ergo tempus inspicitur juxta *L. 2. §. 1. h.* venditor hanc portionem habuisse, ac jure suo hæreditario simpliciter vendito, eam necessa-
rio*

rio (1) comprehendisse intelligitur: (2) Et cum totam suam hereditatem, & omne jus hereditarium vendiderit, utique hæc portio continebitur, quam non nisi jure hereditario habet. Idque (3) patet ex *l. 43. ad Trebell.* ubi qui adire & partem suam restituere coactus est, accrescentem quoque portionem restituit, neque de eo dubitatur; sed tantum, an opus sit nova restitutione, quaeritur? adeo portio illa portionem sequitur: Nec solida differentiae ratio reddi potest. Et inde apparet, quod portio hæc sequatur eum, qui actu rem habet, non qui nudo titulo: *arg. l. 83. Aeq. poss. l. 33. de usufr. l. 4. l. 27. §. 2. l. 14. l. 43. ad SC. Treb. l. 1. l. 3. l. 43. de Jur. fisci. l. 10. De his quae ut indign. l. 2. pr. §. 4. 9. 18. h. l. 7. per. & con. rei vend. Conf. Berger. ad Laut. h. g. 2.*

OBSTAT Disproportio pretii: Si enim hæres tantum in uncia fuerit, & jus suum vendiderit, teneretur eodem pretio totam hereditatem loco unciae præstare, si tota ipsi deinde accrevisset, quod sane iniquum foret.

RESP. (1) In hereditate vendenda non res singulae, sed totum spectatur, quod variis casibus crescere & decrescere potest; quorum omnium in pretio constituendo ratio habita videtur. (2) Hæres, qui vendit, æstimat portionem suam cum sua causa, id est eo, quod ei accrescere, aut per substitutionem accedere potest; cujus accedendi quo major minorque spes est, eo magis minusque pretium auget, cum hæc ipsa eventus incertitudo æstimetur. Est ergo quodammodo venditio spei, ubi incertitudo multum detrahit vero pretio, adeo ut ejus intuitu majus pretium inter partes constitutum videatur.

Atque hoc modo omnes ab Autore allegati textus in *l. 9. ff. de suis & legit. l. 3. l. 53. §. 1. de A. & O. H. l. un. §. 10. C. Cad. toll.* nihil obstant: Nam recte ibi asseritur, portionem deficientem cohæredibus, invitis, ignorantibus, quin etsi alii suam portionem restituere jussi sint, (Vid. *l. 43. ff. ad SC. Treb.*) accrescere: At alia quaestio est: an venditores teneantur, actione emti conventi, portionem quæ accrevit emtori restituere? quod omnino affirmamus.

Qv. IX. An venditor hereditatis creditoribus hereditariis, legatariis, & fideicommissariis, respondere cogatur?

Q99 99 3

AFFIRM.



Laut. pag. 325. verb. Creditori- bus haere- ditariis &c. **A**FFIRM. Quia hæres manet. *vid. q. f. q.*
OBJ. §. *restituta Inst. de fideic. haer.*
RESP. Aliud est in fideicommissaria hæreditate, ubi ipsa lege id constitutum est, ut onera pro rata transeant. *vid. B. Par. Hyp. Inst. L. 2. c. 24. §. 4.*

Qv. X. *Utrum venditor an emtor hæreditatis agat contra debitores, vel conveniatur a credi- toribus?*

Laut. pag. 325. verb. Emtor nunquam &c. **R**ESP. Debitores hæreditarii possunt cum emtore hæreditatis paci- sci, eique solvere, & venditori hæredi semper obstat exceptio, si & ipse agere velit; quia contra suum pactum venit cum vendiderit; sed cum hærede venditore non possunt, si sciunt venditam, qui scientes agunt in præjudicium emtoris, sed si ignorant, valet pactum, & solu- tione liberantur; atque hæc pacti, solutionisve exceptio etiam cessio- nario obstat; sed venditor tenetur cessionario ex emto ad id quod in- terest. *L. f. Transact.*

E contrario emtor hæreditatis non tenetur suscipere actiones, nec creditores eum coguntur adire, quia non cum eo, sed cum hærede qua- si contractum est. *l. 2. C. h.* Quod si vero illi ultro emtorem conve- niant, & emtor actionem ultro suscipiat, hoc quasi tacito pacto illi in- ter se convenisse videntur de non conveniendo hærede, qui hinc ex- ceptionem taciti pacti habet. *l. 2. C. h.* At agere emtor utilibus actio- nibus potest; quia & illæ ipsæ venditæ sunt, *l. 5. C. h.* etsi debitores cum venditore hærede scientes venditam hæreditatem pacti sint. *Ven- ditor* vero, ceu hæres, & agere & conveniri potest, sed quicquid ex causa hæreditaria exigit, id ex emto restituit, quicquid præstat, ex ven- dito repetit. *L. 2. §. 10. h.* Aliud autem est, si non ex causa hæredi- taria oriatur actio, sed ex suo facto, & proprio jure, ut si sibi debi- tum accipiat, vel suum debitum solvat; tunc enim nec illud restituit, nec hoc repetit: *l. 2. §. 7. h.* Nisi tanquam nomen hæreditarium et- iam per injuriam (non tamen suo dolo) condemnatus solvat; *d. l. 2. §. 7.* quia tenetur ex causa hæreditatis ut hæres, vel nisi emtor pretium rei hæreditariæ distractæ acceperit; tunc enim venditor ideo conde- mnatus id ab emtore repetit, *d. l. 2. §. 10.*

Qv.



Qv. XI. *An actionum venditio licita sit?*

AFFIRM. L. 3. C. h.

OBJ. L. p. ibi: *hujusmodi conamen inhiberi. L. ult. ibi: ut ne quis alienum subeat debitum C. mand.*Laut. p. 326. verb. *Licita est.*RESP. Loquuntur hi textus de redemptione litis, at non omnis emtio actionis est redemptio litis; potest enim justa causa subesse, cur actionem quis vendat, quin & lis plane non esse potest. Vide *infra q. 26.*Qv. XII. *An milites quoque nomina & actiones emere ac vendere possint?*AFFIRM. Nam miles procurator in rem suam esse potest. L. 8. §. 2. *Laut. ibid. L. 9. C. de procur. quod fit per cessionem, L. 8. C. h. L. 34. ff. verb. milites &c.*

Procur. Laut. p. 332.

OBJ. L. 7. l. 15. C. Procur. L. 20. C. Mand.

RESP. Loquuntur non de simplici cessione, sed de redemptione litium.

Qv. XIII. *An Judaeus Christiano possit vendere actionem contra Christianum, si debitum non est usurarium?*NEGATUR: Vera ratio hæc est, quia durior fieret causa, & potentior adversarius opponeretur; quod in jure prohibetur. L. 2. C. *ne lit. pot.* Favorabilior enim est actio a Christiano quam a Judæo intentata: Accedit prohibitio ex *R. I. de anno 1551. §. diesem zu begehren. & O. P. de anno 1577. t. 29. Er soll auch kein Christ. quæ generalis est, & quanquam abusus & metus usurariæ pravitate causam dedisse videatur huic legi, tamen causa impulsiva cessante, non cessat lex ipsa. arg. l. 1. ff. de postul. Sed & non esse ibi questionem de usuraria pravitate bene notat *Dn. Berger. in q. 5. h. Imperator enim ibi prohibet venditionem actionis sub poena amissionis, qua prohibitionem opus non fuit, si loqueretur de usuraria pravitate, utpote quæ ipso jure nulla est.**OBJ. *d. R. I. 1551. §. Wiemöhl auch &c.*RESP. Jam ante dictum est, quænam sit causa adæquata illius prohibitionis: Licet ergo impulsiva cesset, non tamen eo definit esse lex. *Berg. h. t. q. 5. ibique Laut. Colleg. h. §. 23. Esbach. ad Carp. 2. 39. 454.*

In



In *praxi* hoc mutatum non apparet, neque auctoritas *Carpzovii* tanta est, ut rationem juris in foro & extra Saxoniam (de qua etiam loquuntur *Richt. a. leg. 1. & Phil. de subhast. dec. 28. Obs. 6. n. 32.*) evertere possit.

Unde puto aliud omnino esse, & valere venditionem, si actio illi alii Judæo quoque cedatur: Nam tum cessat illa ratio prohibitionis adæquata.

DISSENT. Berg. d. q. 5.

Qv. XIV. *An omnes actiones vendi possint? ubi & de exceptionibus.*

RESP. Regula est, omnes actiones vendi posse, donec probetur exceptio. *L. f. C. ff.*

EXC. (1) Si jus actione comprehensum vendi non potest; nam quia per actionem jus consequi debemus, frustra ea ceditur, si jus consequi non possumus. (2) Si a persona cedentis jus illud separari non potest, tunc enim itidem frustra cederetur.

His præmissis queritur: (1) An restitutio in integrum, quæ propter ætatem datur, cedi possit?

Laut. p. 327. verb. restitutio in integrum &c. **AFFIRM.** *L. 24. pr. ibi: sed compellendus est ei cedere auxilium in integrum restitutionis ff. de Minor. L. 25. in fin. ibi: nisi forte mandare actiones paratis sit curatoribus ff. de admin. tut.*

Atqui restitutio hæc est beneficium ætatis, indeque inseparabile a persona minoris.

RESP. Imo jus quod petitur per restitutionem, scil. reparatio damni, non inhæret personæ, adeoque hoc commodum alii cedi potest.

Laut. pag. 327.

Laut. ibid. verb. inofficiosi querela &c. **Q**UÆR. (2) An querela inofficiosi testamenti cedi possit? **AFFIRM.** Ex regula generali *d. l. fin.* neque hic apparet exceptio. **O**BJ. Quod hoc sit beneficium certarum personarum, extra quas proinde non videtur valere posse.

RESP. Imo per querelam rescissio testamenti, & tum ipsa hereditas, petitur, hæc cum effectu ad extraneum transire potest.

(3) Ita ususfructus & habitatio cedi possunt: Nam licet hæc quoque sint servitutes personæ coherentes, quæ cum iis intereunt, tamen illa facultas percipiendi & fructus & habitationem, quæ actione confessoria continetur, vendi potest. *Vid. sup. L. 7. tit. 4. q. 3.*

Laut. ibid. verb. ad Ususfructum &c.

(4) Ita



(4) Ita actio injuriarum cedi potest, quia venditur ejus æstimatio, quæ confilit in pecunia numerata. *Laut. ibid. verb. Actio injuriarum etc.*

OBJ. *L. 28. de Injur. L. 32. pr. ad L. Falc.* Ubi actio injuriarum ante litem contestatam non dicitur esse in bonis.

RESP. Sufficit post litem contestationem esse in bonis, indeque valet tanquam emtio rei futuræ. (2) Vendendo alterum constituimus procuratorem in rem suam, at per procuratorem in rem suam litem contestari possumus, & tunc erit in bonis nostris.

(5) Idem quoque est in actione revocatoria donationis propter ingratitude, nam hæc quoque est species injuriarum: *L. 11. §. 2. L. 17. §. 19. de Injur.* *Laut. pag. 328. verb. Actio qua donatio etc.*

Atqui non transit ad hæredes.

RESP. Ideo tamen inter vivos de ea disponere possumus, exemplo usufructus.

NOTETUR Regula: Quæ transeunt in hæredem, etiam cedi possunt.

DISSENT. *Laut. pag. 328.* Nam illæ actiones extra personam esse possunt, nisi in specie prohibitum appareat; de quo sunt textus Auctoris.

Qv. (6) An extraordinaria fideicommissi persecutio cedi potest? *Laut. pag. 328. verb. extraord. fideic. persecutio.*

AFFIRM. Quia jus, quod ea actione petitur, scil. fideicommissum, cedi potest.

OBJ. *L. 59. §. 1. Jur. dot.* Ubi mulier, cui fideicommissum restitui debet, jussit marito suo dotis nomine promitti fideicommissum, quod dicitur non valere: ibi: *nam obligare mulieris debitorem ita æquum est, si accipere id ipsum quod ei debetur vir potest.*

RESP. (1) Agi ibi de uxore, quæ dotis nomine fideicommissum jubet promitti marito, hoc autem fiduciarius non potest cedere marito; frustra enim cederetur marito nomine dotis actio, quæ mulieri non fuit prius cessa, fieret enim hæc indotata, cum non posset finitis nuptiis repetere actiones quæ nunquam ipsi cessæ sunt, sed sibi cessas iterum marito cedere in dotem potest. (2) Quæritur ibi cui restitutio fieri ex SCto Trebelliano debeat? scil. soli fideicommissoræ. Non an cedi possit, illa enim deinde omnino cedere potest. *d. l.*

Qv. (7) An actiones criminales & populares cedi possunt? *Laut. pag. 328. verb. Non etiam actiones crim.*

NEGATUR. Nam pœnæ sunt jus, quod non est in potestate nostra, nec in bonis indeque uti jus hoc, ita actiones pro eo consequendo, transferre non possumus.

Cocc. J. C. P. I.

Rrrrr

Qv.



Laut. pag. 328. verb. Actio personalis ad usum &c. Qv. (8) An actiones personales ad usum petendum cedi possint? **NEGATUR:** propter exceptionem secundam, quia ad quotidianam necessitatem personæ usus concessus est; hoc ergo jus personæ co-hærens extra eam esse nequit, indeque nec vendi potest. *Laut. p. 382.*

Laut. pag. 328. verb. Actio ad rem &c. Qv. (9) An actio revocatoria, quæ ex jure sanguinis competit, cedi possit?

NEGATUR: Nisi cedatur agnato: Quia extra personam agnati esse nequit. *Laut. d. l.*

Laut. ibid. verb. de jure actione &c. Qv. (10) An jus annuos redditus redimendi vel luendi alteri cedi possit?

RESP. *Emtor* cedere potest, quia debitoris non interest, quis ip-sus creditor sit, & cui solvat, nam utrique æque solvere cogitur; At *venditor*, seu ille qui solvit redditus, non potest, quia alium debitorem creditori obtrudere nequit, & delegatio quædam esset, quæ non fit nisi consensu. *Conf. Harpr. h. §. f. n. 39.*

Qv. XV. *An vendito nomine venditæ quoque intelligan-tur accessiones?*

Laut. pag. 329. verb. Cum ac-cessoriis &c. **AFFIRMATUR:** Nam vendito nomine venit omne jus, quod ex ea causa habet venditor; adeoque & actio ex stipulatu contra fi-dejussores. *L. 23. pr. ff. h. Venditor* enim actionis, quam adversus principalem reum habet, omne jus, quod ex ea causa ei competit, tam adversus ipsum reum, quam adversus intercessores hujus debiti, cede-re debet; quin & pignoris perfectionem. *L. 6. ff. h. L. 6. L. 7. C. de Oblig.*

Exc. Si aliud actum sit, tunc enim quod inter partes placuit jus est. *L. 23. pr. ff. h.*

Qv. XVI. *An cessa sola actione principali cessæ quoque videantur accessoriæ?*

Dissent. Laut. ibid. verb. Nam hæc non transeunt. **NEGAT** id Autor; at verius est, speciali cessione in accessoriis opus non esse: Nomen enim semper venit cum sua causa, *L. 23. h.* adeoque cesso nomine illud cum sua causa cessum videtur. Idque diserte dicitur in *L. 6. ibi: si in solutum nomen debitoris sui debitor tibi dedit tuus &c. pignora &c. perseguere.* Atque hinc si hæres con-sistuit debitum hæreditarium, restituta hæreditate etiam hoc constitu-tum transit: *L. 22. ff. Const. pec.* Idem est, si fidejussor pro debito hæredi-tario

tario accedit, nam etiam fidejussoris obligatio transit cum hereditate, *L. 21. pr. de fidej.* quia sub hereditate restituta continetur debitum, quod semper transit cum sua causa.

OBJ. *L. 11. ibi: Et si hoc factum fuerit, cessis actionibus uti poteris. L. 14. ibi: vobisque mandatae sunt actiones, C. de fidej. Et Mand.* Ubi actio hypothecaria in specie cedi debet.

RESP. Hoc verum, quia nomen ipsum ibi cessum non erat.

OBJ. *L. 73. pr. ibi: ut ei cedat pro pignoris commodo actionem ff. ad SC. Treb.*

RESP. Non fuit ibi cessum nomen, sed hereditas restituta, qua non continetur nomen quod haeres fecit.

OBJ. *L. 23. pr. h.* Ubi omne jus cedi debet, adeoque & pignora, aliarque actiones accessoriarum.

RESP. Cessum quoque omne jus intelligitur, si nomen cessum sit.

Qv. XVII. *An periculum nominis ad emptorem pertineat, etsi evictionem venditor expresse promiserit?*

AFFIRM. Quia per hanc evictionem promittit jus persequendi in judicio, & quod illud evincere velit, non nomen ipsum. *Laut. pag. 330. verb. Et evictionem expresse Et.*

OBJ. *L. 4. h. ibi: nisi aliud convenit.*

RESP. Non convenit ibi ut evictio praestetur, sed ut bonum nomen sit, ex quo omnino tenetur.

Qv. XVIII. *An tunc quoque periculum nominis ad cessionarium pertineat, cum is ignoravit debitorem non esse solvendo?*

AFFIRM. *arg. L. 4. ibi: non debere praestare, h. L. 74. §. f. ibi: dum taxat ut sit, non ut exigi etiam, quia nomen quod promissit, praestitit. ff. de Evict.* *Laut. pag. 330. verb. Aut emptorem ignorasse Et.*

OBJ. *L. 41. §. 3. vers. Quod si jam tunc Et. ff. de Jure dot.* Ubi uxor cessit marito dotem, & tunc demum mariti esse periculum dicitur, si sciverit, non vero si nesciverit.

RESP. Verum hoc est in re dotali, nam ibi periculum pertinet ad uxorem tanquam dominam naturalem dotis, non vero ad maritum, nisi sciverit debitorem non esse solvendo, quia tacite tum videtur consensisse.



Qv. XIX. *An debitor, qui certo scit cessionem esse factam, cum effectu juris cedenti solvere possit?*

Laut. pag. 332. verb. Modo debitor cessus &c.

NEGATUR: Quia certum est facta denunciatione cessionis debitorem tuto non solvere; *L. 3. C. de Novat. Laut. p. 331.* at qui certo scit cessionem factam esse, habetur pro certiorato. *L. 1. in f. ff. Act. Emi.* Idque in terminis traditur in *L. f. ff. de transact.* ibi: *venditor haereditatis cum debitore haereditario, NB. qui ignorabat venditam esse haereditatem, transigit: si emtor haereditatis hoc debitum ab eo exigere velit, exceptio transacti negotii debitori propter ignorantiam suam accomodanda est.* Accedit quod cessionario non fiat praedictum, utpote cum actione emti agat contra venditorem, ut nomen, vel id quod interest, praestet.

Equidem plures sunt Dd. qui dictam legem finalem ad transactiones restringunt, *Laut. p. 332. pr.* adduntque differentiae rationem, quod per solutionem venditor totum acquirat debitum, indeque cessionario non fiat praedictum, utpote cujus non interest, si a venditore si a debitore cesso pecunia solvatur; at per transactionem aliquid remitti, quod cedens in praedictum cessionarii non possit. Verum recte ait *Laut. d. l.* eandem utrobique esse aequitatis rationem, nam uti per transactionem, ita per solutionem debitum ipso jure tollitur: Indeque cessionarius actionem contra debitorem non habet, sed ex vendito contra venditorem agit, ut nomen praestet, vel si non potest, (uti si transigit cum suo debitore, vel ab eo exegit,) id quod interest; Hic ergo nullum praedictum est cessionarii, nec ejus juri derogatur per transactionem, sed cedens nihilominus in solidum tenetur.

Qv. XX. *An cessionarius in exigendo debito cedenti praeferatur, etiamsi cessionarii litis contestatio, partis acceptio, vel denunciatio non praecesserit?*

Laut. pag. 332. verb. Et cedenti concurranti &c.

AFFIRM. *Arg. L. 55. de Procur.* ibi: *praefendus non est, vel pecuniam suscipiendam:* Nam in concursu magis effectus quam titulus inspicitur, & exceptione doli cedens repellitur, quod contra proprium factum veniat.

Aliud ergo est, si non concurrunt, sed cedens solus agit, tunc recte ei solvi potest, de quo est *L. 3. C. Novat.* nisi certo sciat, *vide q. praeced.* vel certioratus sit debitor cessionem factam esse. *d. l. 3.*

Qv.



Qv. XXI. *An cedentis beneficia actioni annexa profint quoque cessionario?*

AFFIRM. Et quidem realia semper, personalia quamdiu cedens vivit. *Laut. pag. 333 verb. Utitur jure & privilegio &c.*

Sic jus hypothecæ, quod doti cohæret, cessionario quoque prodest, quod jus reale & causæ esse dicunt, scil. dotis. *Laut. d. l.* At aliud vulgo statuitur in privilegio prælationis, illudque cessionario prodesse negant, cum tamen hoc cohæreat hypothecæ: Sed licet personæ cohæreat, cur non ut alia personalia cedi posset utiliter, &, ut usufructus, ratione effectuum, ut valeat donec cedens vivat; imprimis si ut procurator agat, & in causa onerosa.

Exc. Nisi ita sint personalia, ut jus in aliam personam nequeat transfere, uti electio. *L. 76. V. O.*

Qv. XXII. *An emtor utatur proprio privilegio in præjudicium debitoris?*

NEGATUR. Etsi utili actione experiatur, quia ex causa & jure cessionis, non suo agit. *Laut. pag. 334 verb. Non etiam proprio &c.*

Qv. XXIII. *An cessionarius a debitore cesso usuras usurarum petere possit?*

NEGATUR: Rationes a Beato Parente in *Disp. de Anator. p. 17. §. 13.* *Laut. ibid. verb. Hinc usuras usurarum &c.* hæc allegantur: (1) Quoniam irrefragabili ratione demonstratum est, nec sola mutatione personæ mutari usuras, *d. disp. th. 10.* nec sola pactione. *d. thes.* Præsertim (2) cum cessionarii & cedentis idem profusus debitum sit: Nec (3) aliud quicquam cessionarius petere possit, quam quod ipsi cessum est, cessæ autem usuræ sunt, non fors. Nec (4) cedens plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet, transferret vero plus fortis, si usuras quoque in fortem cederet. (5) Nec cessionarius nomine procuratorio plus petere potest, quam cedens potuisset; utique vero plus peteret, si ex ea parte usurarum usuras quoque petere posset, ex qua cedens non potuit. (6) Quin revera nec mutatur persona creditoris, non magis, quam si quis per procuratorem suum agit; quippe cessionarius est procurator cedentis, etsi in rem suam. Et alias (7) his casibus aliorum facto alterius, scil. debitoris,

Rrrrr 3

condi-



conditio gravior ac durior fieret, contra *L. 47. de. R. J. Franzk. lib. 2. var. resolut. n. 115.*

Ut adeo longissime a vero absit sententia *Berl. d. Dec. 268. num. 37.* etfi pro ea geminum præjudicium afferat; Sed contrarium præjudicium Ordinis Wittenbergici refert *Dn. Berger in resol. ad Laut. L. 18. tit. 4. q. 13.*

Atque hinc vera non est ratio a *Laut. p. 334* allegata, quod usuræ in persona debitoris retineant naturam usurarum, & lata hæc refutantur a *B. Par. dict. Disp. Sect. 2. per tot.*

OBJ. (1) *arg. l. 7. §. 12. ibi: earum usuras agnoscere eos oportet. L. 58. §. 1. ibi: omnium pecuniarum usuras &c. ff. de adm. tut.* adeoque ibi tutor, qui usuras exactas penes se retinet, earum usuras præstat.

RESP. Hoc inde est, quia hæ usuræ solutæ sunt, & debiti causa mutata est: *dict. sect. 2. §. 18.*

OBJ. (2) *arg. l. 19. §. 4. ff. ibi: vel quas ex nostra pecunia percipere potuimus. L. 18. C. ibi: sumtuum factorum usuras &c. de Neg. gest.*

RESP. Textus plane non loqui de usuris usurarum, sed prior casus loquitur de repetendis usuris, quas e pecunia, adeoque forte, percipere potest: Posterior loquitur de repetitione impensarum.

OBJ. (3) *L. 9. §. 3. ff. adm. tut.* Ubi tutor adversus se quoque præstare debet, quod adversus alium præstare debuit pupillo.

RESP. Atqui ab extraneo tutor non exigit usuras usurarum, ergo nec a se. *dict. sect. 2. §. 17.*

OBJ. (4) *L. 2. C. de Usur. pup.* Ubi in genere ejus, quod ex causa tutelæ debetur, usuras præstari debere dicitur.

RESP. Per illud debitum intelligitur fors, quia usuris opponitur. *d. disp. S. 2. §. 17.*

Qv. XXIV. *An lex Anastasiana restringenda sit ad actiones incertas & dubias?*

Laut. pag. 334. verb. Neque hæc lex &c. **N**EGATUR: Nam eadem est ratio sive certæ sint obligationes, sive incertæ; si enim vexandi debitoris causa ceduntur, merito improbantur.

OBJ. *L. 22. C. ibi: cum certum sit pro indubitatis obligationibus eos magis, quibus antea suppetebant, jura sua vindicare, quam ad alios ea transferre velle:* Adeoque ait Imperator, neminem indubitatas obligationes cessurum esse, indeque saltem de dubiis loqui videtur.

RESP.



RESP. Omnes actiones sunt incertæ, saltem ratione exactionis: Indubitatæ autem ibi dicuntur, quæ probari possunt, & quas cedens putasset se probaturum; adeoque quæ ita certæ sunt ut non diffidat victoriæ.

Atque hinc praxis non observat differentiam inter obligationes certas & dubias, uti ex præjudiciis a *Laut. pag. 334.* allatis apparet.

Qv. XXV. *An cesset lex Anastasiana, si quis debitum immaturum præsentis pecunia minoris emat?*

AFFIRM. Nam revera minoris est, quod nondum exigi possit. *Laut. pag. 335. verb. ibique Dd.*

DISSENTIT *Corpz. p. 2. c. 30. def. 36.* Ubi reducendam rem esse ad legitimas usuras putat, & si quid ultra lucraretur emtor, eatenus locum fore legi Anastasianæ; sed male: Nam venditione facta frustra de usuris queritur; Neque usuraria pravitas est causa legis Anastasianæ, sed odium redemptionis alienarum litium. Vide *supra q. 13.*

Qv. XXVI. *An omnis cessio actionis etiam ex probabili causa prohibita sit?*

NEG. Nam variæ sunt causæ, quibus etiam minori pretio fieri venditio potest: Vide *supra q. 2.* easque recenset *Laut. p. 336. pr.*

OBJ. *L. 24. C. Mand.* Ubi omnes illæ exceptiones, quæ in *L. 22. C. Mand.* continentur, tolluntur & abrogantur, unoque tantum casu valere cessiones actionum asseritur, si scilicet fiant donationis causa.

At bene RESPONDET *Laut. d. l. p. 336.* eam esse spuriam: Neque enim exstat in ullo Codice, sed *Cujacius* illam restituit ex libris *Βασιλικῶν*, qui vero nec ipsi constitutionem, sed saltem sententiam ejus referunt. *Cuj. L. 16. O. 16.*

NOT. In dubio, quoties minus pretium est, cessionarius habetur pro redemptore litis, adeoque illa præsumptio oritur ex acceptatione minoris pretii, & emtor tunc justam & probabilem causam probare tenetur: Ampliationes octo illius regulæ exhibet *Braun. L. 22. C. Mand. Conf. Berl. p. 1. dec. 33.*

Qv.



Qv. XXVII. Si quis contra legem Anastasianam minori
preio emat, cui acquiratur superfluum seu
residuum debiti?

Laut. pag. 336. verb. cui autem acquiratur &c. **R**ESP. Manet penes eum, qui nomen cessum debet, quia nemini alii actio competit, non cedenti, quia vendidit & transtulit suo facto; non cessionario, quia ei obstat exceptio legis Anastasiane; non filco, quia pœnæ non sunt fingendæ. Idque confirmatur ex *L. 23. §. 1. & 2. ibi: vel aliquam contra debitorem &c. esse actionem*, item, nulla contra eum oriatur molestia. Unde concludit *Brumm. d. l. Si nulla cedenti vel cessionario actio datur contra debitorem de superfluo, item, si nulla ipsi ex hac cessione creanda est molestia, necesse est debitorem liberari: Addatur L. 2. C. Ne lic. pot. ibi: debiti jactura multentur. Nov. 72. c. 5. ibi: Non ut remeant rursus ad eum qui cessit &c.*

Atque ita pro debitore duo exstant præjudicia apud *Finkelth. & Richt.* quæ notat *Laut. pag. 336.* & aliud est apud *Carpz. p. 2. c. 30. def. 35.* Eamque sententiam confirmant *Sand. de cess. act. c. 11. n. 10. Brumm. ad L. fin. C. Mand. n. 5. Bockelm. ff. h. §. 7. Pagenstech. in fiscal. h. p. 207. & seq. Berg. ad Laut. h. q. 16. & pag. 920.*

OBJ. (1) Quod amissio residui sit pœna, *d. l. 2. d. Nov. 72.* adeoque filco applicanda.

RESP. Est pœna privata, quæ cedit debitori, cujus forte vexandi gratia cessio facta est. Neque filco in casibus jure non expressis danda est actio.

OBJ. (2) Quod debitori tantum in tribus casibus residuum tribuatur in *d. l. 23. §. 1. & 2.* In cæteris ergo casibus videtur penes cedentem lucrum manere. *Carpz. p. 2. c. 30. def. 37.*

Sed bene **RESPONDET** *Brumm. ad l. 23. C. Mand. n. 5.* contineri in *d. l. 23.* ampliationem legis præcedentis, quod ergo de ampliatione dicitur, id etiam de regula dicendum: Nec ex textu ratio differentie colligi potest, & utraque favorem debitoris respicit.

OBJ. (3) Quod si cessionarii dolo quis inductus bona fide cesserit, ideo puniri non possit residui privatione, *L. 9. Quæ in fraud. Cred.* adeoque illud cedenti videtur tribuendum.

RESP. Cedens non propter dolum actionem non habet ad residuum petendum, sed quia semel suo facto omne jus suum transtulit.



INSTO: Atqui cessio hujusmodi quoad superfluum habetur pro infecta. *Carpz. p. 2. c. 30. def. 37.*

RESP. (1) Id adhuc in questione est: Nam (2) hoc principio posito non tantum si bona fide, sed & si mala fide cesserit, daretur repetitio venditori: Inprimis (3) cum error juris in amittenda re sua cedenti non deberet nocere. *L. 7. Et 8. ff. Jur. Et facti. ign. vid. omn. Dn. Pagenst. in scilim. p. 207.*

OBJ. (4) Quod venditor in jure erret, error vero juris non debet nocere rem suam amittenti.

RESP. Aliud est si lex ejusque ratio ita disponat.

OBJ. (5) *Const. Imp. pol. de anno 1548. Et 1577. tit. von wucherl. Contract. §. dierevell aber solche ic.*

RESP. Loquitur de usuraria pravitate: Quæ cessat in venditione.

OBJ. (6) Quod pœnæ privatæ hodie cessent.

RESP. Actiones pœnales sunt sublata, non vero si quis retinet in pœnam aliquid alieni. *vid. sup. L. 14. tit. 6.*

Qv. XXVIII. *An hodie adhuc obtineat Lex Anastasiana?*

AFFIRM. De Germania, Gallia & Flandria id probat *Laut. p. 337. Laut. pag. de Camera Spirensi Bœckelm. ff. h. de Marca & Clivia Feltn. tract. 337. verb. de jure in re c. 27. in f. de Marchia exstat expressa constitutio El. de anno 1661. 18. Jul. vi cujus utraque pars jurare debet totum pretium solutum esse: de Saxoniam vide *Carpz. p. 2. c. 30. def. 35.**

OBJ. Quod hodie pœnæ privatæ cessent.

RESP. *vid. q. præced.*

Qv. XXIX. *An cessio facta a cedente revocari possit?*

NEGATUR; Nam cessio est translatio juris in alterum, nihilque ejus penes cedentem remanet, *L. 23. §. 1. Mand. Nov. 72. c. 5. & 337. verb. cum obligatio inter partes semel constituta sit, ea invita altera parte revocari nequit. L. 5. C. de obl. Et act.*

Neque OBSTAT *L. 3. C. Novat. ibi: tamen antequam lis contestetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori tuo denunciaverit, exigere a debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, et eo modo tui creditoris actionem contra eum inhibere.*

COCC. J. C. P. I.

SSSS

RESP.



RESP. Alia quæstio est, an revocari possit cessio? & hoc negatur; sed cedens actione emti obligatur præcise ad nomen illud tradendum, vel ad id quod interest: Alia vero quæstio est, an debitor cessus liberetur, si cedenti solvat? & hoc affirmatur in *d. l. si ipse cessionem factam nesciat. vid. sup. q. 19.* Hic ergo valet solutio, non quia revocata est cessio, sed quia nihil imputari potest debitori cesso, qui bona fide suo creditori solvit.

Qv. XXX. *An cessio facta exstinguatur morte venditoris cedentis?*

Laut. pag. 338. verb. nec venditoris cedentis &c. NEG. *l. 33. C. de don. ibi: sicut venditionis titulo ad hæredes transmitti.* Nam ex hoc contractu jus quæsitum fuit defuncto, quod transit ad hæredes.

OBST. *L. 8. C. de obl. & act. ibi: nec quod tibi dari mandavit, petere potest.*

RESP. Agitur de simplici mandato quod morte finitur, hic autem non est nudum mandatum, sed emtio, & uti hæc, ita & cessio, ad hæredes transit. *vid. Laut. pag. 338. ibique Dd.*

Qv. XXXI. *Quid sit assignatio?*

Laut. pag. 338. verb. Simile huic &c. RESP. Est mandatum quo alii solutionem vel præstandam vel exigendam committimus: Aliquando id fit per pactum, aliquando per ultimam voluntatem, aliquando per cessionem, plerumque vero per nudum mandatum. Uti hæc plenius explicavi in *Disput. de Assignationibus quæ sub nomine & præsidio B. Parentis produit. Conf. quoque Disp. Dn. Strykii de Assignationibus &c.*

LIB. XVIII. TIT. V.

DE

RESCINDENDA VENDITIONE,
ET QUANDO LICET AB EMTIONE
DISCEDERE.

Qv. I. *Qualisnam actio detur pro rescindendo contractu ob enormem læsionem?*

RESP.

